DE SPONSALIBUS FILIORUMFAMILIAS

Sive verbaliter, ſive in ſcriptis, ſive nudis, ſive qualificatis cum Juramento, vel Stupro, aut ſub pœna conventionali, vel cum augmento Dotis, ſeu Donatione initis, inſciis, vel invitis juſte Parentibus, aut Conſanguineis, eorumque invaliditate, ſeu reſciſſione,

VOTA DECISIVA CHRISTOPHORI COSCI

PATRITII CLUSINI, J. C., PROTONOTARII APOSTOLICI, DIVERSIS TEMPORIBUS VICARII GENERALIS PISCIÆ, URBINI, IN SABINIS, ASCULI, REATIS, ATQUE CL. MEM. EMINENTISSIMI ET REVERENDISSIMI DD. CARD. GUADAGNI URBIS VICARII, ET SUBDECANI SACRI COLLEGII DUM ESSET EPISCOPUS PORTUENSIS; ITEM PISCIÆ, SENOGALLIÆ, ET IN EPISCOPATU PORTUENSI, EO DIGNISSIMO PURPURATO DEFUNCTO, VICARII CAPITULARIS; NECNON EX CLEMENTIA S. M. BENEDICTI XIV. VICARII APOSTOLICI, ET ADMINISTRATORIS EPISCOPATUS CIVITATIS, ET DIŒCESIS CALLII, ET COMMISSARII APOSTOLICI SABINENSIS, AC IN PRÆTERITA APOSTOLICA SEDE VACANTE ROMÆ FISCALIS VICARIATUS CUM PERPETUO SECRETO SUPREMÆ INQUISITIONIS:

Omnibus Epiſcopis, Vicariis Generalibus, aliiſque Ordinariis, necnon Parochis, Confeſſariis, Juriſconſultis utiliſſima.

QUIBUS IN FINE ADDITUM EST

EJUSDEM AUCTORIS

ALIUD VOTUM SUPER MATRIMONIO SINE DENUNCIATIONIBUS CLANDESTINE CELEBRATO.

ACCEDUNT ETIAM

Additiones ſex ad magis confirmandas ſententias in Opere ſtabilitas, necnon plures tum editæ, tum ineditæ S. Rotæ Romanæ Deciſiones circa

SPONSALIA, & MATRIMONIA.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ROMÆ,

M D C C L X V I.

SUMPTIBUS REMONDINIANIS.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRINCIPI DOMINO

D. FRANCISCO CONRADO

S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI DE RODT

Epiſcopo Conſtantienſi, S. R. I. Principi, Domino Augiæ Majoris, & Oeningæ, Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani Bajulivo, & Protectori, Præpoſito Mitrato Elſgamenſi in Auſtria &c.

CHRISTOPHORUS COSCI S. P. D.

SICUT ipſa rerum omnium ſemina principium quoddam, & cauſam in ſe habere intelliguntur, unde res quælibet diuturnitatem, ſuæque ſpeciei perfectionem conſervare, & augere poſſit, vel contra decidere, atque ad interitum defluere debeat: Ita fere in Humano Genere Matrimonia caſte, prudenterque inita portendere ſæpe videntur quicquid felicitatis præſenti tempore Homines capere, ac in futurum expectare merito habeant, contraque nihil non timendum & religionis ſanctitati, & ſingularum Familiarum, atque adeo Civitatum, & Regnorum orna-

DE SPONSALIBUS FILIORUMFAMILIAS CHRISTOPHORI COSCI

VOTA DECISIVA.

ANONYMA LIBERTATIS MATRIMONII.

ARGUMENTUM.

Non licet Filiisfamilias inſciis, vel invitis juſte Parentibus ſub pœna culpæ lethalis contrahere Matrimonium.

SUMMARIUM.

Matrimonium ad Humani Generis propagationem ſub ipſo Mundi exordio a Deo inſtitutum fuit.

2 *Et a Jeſu Chriſto Sacramenti virtute donatum.*

3 *Quomodo celebrandum.*

4 *Falſi ſpecies*, & num. 5.

6 *Filii Matrimonium honeſtum, ac laudabile inientes clam a Parentibus, vel ipſis inſciis, ſed rationabiliter contradicentibus, peccant mortaliter contra Jus Naturale, Divinum, ac Poſitivum*, & num. 16. 17. 114. 130. 135. 159.

7 *Ex quibuſdam cauſis ſatis raro urgentibus excuſantur, quæ enumerantur* num. 134.

8 *In eorum Matrimoniis ineundis Parentum conſenſus requiritur de neceſſitate Præcepti ſub pœna culpæ lethalis*, & num. 31. 32.

9 *Peccant mortaliter, etiamſi Pater contra ſuam voluntatem ipſis Filiis Matrimonium contrahere non interdixerit; & hæc eſt communis opinio.*

10 *Quia Filii ita contrahentes peccant contra IV. Decalogi Præceptum*, & num. 11. 49. 50. 51. 129.

12 *Gravis enim in re gravi ab eis injuria Parentibus irrogatur.*

13 *Contra honorem illis debitum*, & num. 14.

15 *Jure tam Canonico, quam Civilia ſeveriſſime prohibent hujuſmodi nuptias*, & num. 129.

17 *Et ob hanc cauſam poſſunt Filii a Parentibus exhæredari*, & n. 64.

18 *Et exinde puniri;*

19 *Una cum Sacerdotibus, qui illorum Matrimoniis aſſiſtunt.*

20 *Hanc ſententiam tuentur etiam Canoniſtæ, qui referuntur.*

23 *Naturalis æquitas Filiorum nuptias Patris judicio relinquit.*

24 *Quia Parentes optimum, & ſaluberrimum conſilium pro liberis capere præſumuntur.*

Pater diligit filium pluſquam ſeipſum, ibid.

25 *Infirmum eſt filiorum conſilium, inſidiis multis, & captionibus expoſitum.*

26 *Cautius eſt agendum ubi majus periculum imminet.*

27 *Sancta Dei Eccleſia hujuſmodi Matrimonia ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit*, & num. 28. 29. 30. 58. 112. 115. 172. 159. 184. 195.

29 *Eo prorſus modo, quo deteſtata eſt, atque prohibuit Matrimonia Clandeſtina.*

30 *Magna incommoda ex Matrimoniis per filios initis inſciis, ac invitis Parentibus oriri ſolent*, & num. 187. & ſeqq.

31 *Talia Matrimonia tamen irrita non ſunt, ſed illicita*, & num. 32. 125. 126. 127. 128. 129. 131. 156. 157. 158. 199. & ſeqq.

33 *Eſt controverſia inter DD. an antiquitus fuerint irrita.*

34 *Videtur tamen, quod Eccleſia ea irrita aliquando voluerit*, & num. 50. 51. 66.

35 *Id probatur, quia a Sacris Canonibus adulteria, contubernia, ſtupra, & fornicationes vocabantur*, & pariter num. 36. 37. 38. 58.

40 *Sacris Canonibus conformis fuit Eccleſiæ Orientalis obſervantia.*

41 *Concilia Provincialia omnium Nationum præfata Matrimonia ſaltem pro illicitis habuerunt, hoc eſt;*

42 *Concilium Arelatenſe IV.*

43 *Concilium Pariſienſe anni* 557.

44 *Concilium Toletanum III.*

45 *Concilium Coloninſe anni* 1536.

46 *Synodus Provincialis Moguntina anni* 1549.

47 *Concilium Provinciale Mediolanenſe VI.*

48 *Acta Eccleſiæ Mediolanenſ.*

52 *Eſau, qui Uxorem duxit contra Patris præceptum, aut fuit inſipiens, aut vere ſtultus.*

53 *Filii obedire debent Parentibus, eoſque honorare, quod eſt mandatum primum in promiſſione.*

54 *Iſaac, Jacob, & Rebecca in contrahendis Matrimoniis Parentum mandatum ſunt executi.*

55 *Samſon Parentibus renuentibus a Matrimonio abſtinuit, donec ipſorum conſenſum non impetravit.*

56 *In veteri lege Præcepta Domini de filiorum nuptiis, non filiis, ſed ſemper Parentibus fuere propoſita.*

57 *Parentum conſenſus in filiorum Matrimoniis non requiritur pro majori decentia, ac honeſtate, ſed de neceſſitate*, & num. ſeqq.

59 *Leges civiles hoc prohibent Matrimonium*, & num. 129.

61 *Item Jus municipale quamplurium Regnorum, ac Rerumpublicarum, & quare.*

SACRÆ
ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
A
CHRISTOPHORO COSCI
J. C. CLUSINO
COLLECTÆ
AD VOTA DECISIVA
DE SPONSALIBUS FILIORUMFAMILIAS,
Quarum aliquæ antea impreſſæ, aliquæ vero de novo in lucem editæ.

ROMÆ,
MDCCLXVI.

SUMPTIBUS REMONDINIANIS.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Matrimonium Virum, qui poſt diuturnum carcerem, atque litigium adeo conſtantem animi repugnantiam, & averſionem concepit adverſus Margaritam, ut ſperari inter eos minime valeat amoris redintegratio, ſed imo timeri juſte poſſit infelix, & malus exitus Matrimonii: In his profecto circumſtantiis, quemadmodum Eccleſia tamquam ex juſta cauſa evitandi majus
12 malum, diſſolvit etiam Sponſalia in ſuo eſſe perfecta, & priſtinæ libertati Sponſos reſtituit; ita Judex inclinare facilius debet ad declarandum non adeſſe Sponſalia, ubi præſertim nec
13 Juramentum, nec certa illorum concurrat probatio, & conſequenter a coactione abſtinere, jux- 14
ta pluries notata per *Rot. coram Caválar. deciſ.* 447. num. 1., *&* cor. *Celſ. deciſ.* 374. num. 5., *& in recen. dec.* 19. num. 5. *par.* 10., *& in Lunen. Sarzanen. Sponſalium* 28. *Junii* 1694. §. *fin. cor. Pio*, *& in Viennen. prætenſorum Sponſalium* 12. *Januarii* 1705. §. *Et quamvis*, *cor. Kaunitz*, *& in Comen. Sponſalium* 12. *Junii ejuſdem anni per tot. cor. Molines*, *& in Surrentina Sponſalium* 8. *Februarii* 1734. §. *Cum igitur*, *coram R. P. D. meo Harrach.*

Et ita &c. Utraque &c.

F I N I S.

Emendabat Franciſcus Gualtieri.